

Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo

Zype, Frans van den

Antverpiæ, M. DC. XLV.

Resp. I. Clericus an torturæ subjici possit; qua causa & modo?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73071)

De purgatione canonica.

RESPONSVM I.

Clericus an tortur & subijci posset; quā causā, & modo?

^{1.} Capitalis pena ad iherus iudicem leui de causa torquentē. **P**ericulosum sanè probant di genus est tortura: ecquē grauior illius abusus. **t**ormenta illa gubernat dolor, inquit Cicero pro Sylla, rigit quæstūr, flectit libido, corruptis spes, informat metus, vt in tot rebus & angustijs nihil veritati loci relinquatur. Iguit ne facile Indices ad quæstiones & tormenta profilirent, capitalem poenam in eos statuerunt Imperatores, qui aliquem per iniuriam aut torqueri prohibitum tormentis subiecissent. **I.** decuriones. **6.** C. de questione, quam poenam plerumque DD. mitigant, vt arbitria sit; si absit malitia.

^{2.} Clericus torqueri an possit? **P**rimò igitur quæstum est an clericus torqueri possit? in qua re quam dissidentes & distinguentes sunt opinione, videri potest apud Farinacium de indicijs, & tortura q. 41. plurimum est, vt non possit. argumento militis, de quo id iure decisum est. in L. defororem. **6.** **1.** D. de re militari. **L.** milites. **C.** de quest. argumentum autem huiusmodi validum esse multis docet Euerard. in loc. legal, à milite armata militie ad militem caelstis militie, & in terminis n. 10. clericum non posse torqueri, ex priuilegio militis; quod ei communicatur. nec sanè argumentum hoc facile rejici potest, sicuti contrarium in iure non sit decisum. Non esse autem per canones id disertè permisum recte dixit Abbas antiquus, (vt plures referunt in c. 1. X. dep. nisi in infamato) patebitque si examinauerimus ea iuris loca, quæ in contrarium citantur, videlicet. d.

c. 1. X. de poss. c. si constituerit. X. de accus. c. illi qui. s. q. s. l. presbyter. & Auh. seq. C. de Epis. & cler.

^{3.} Executio tur cano nes qui vi dentur per mittere.

Igitur d. c. illi qui ne iota qui dem habet de clero. & dicit tantum quod veritatem religiosus (alij legunt rigorosus) tortor diversis cruciatibus è tenebris exigere debet.

Dices agi ibi de accusatione Episcoporum; hos, vti & communis clericos, à laicis accusari non posse. c. vt pluribus. X. de accus. agi ergo de clericis in eos torquendis: Resp. 1. plures pati exceptions id quod pro maiori assumuntur. 2. de torquendis ob testimonium, non ob suum crimen: 3. in alium torqueri numquam posse hominem liberum, nisi vacillet. L. 15. D. de quest. & in d. presbyteri expresse disponit sacerdotes non torquendos in alium. vt illud ademptum esse priuilegium obscuris verbis dicendum non sit. ita vt sanè hic locus nihil conuinat.

Sed neque in d. c. X. deposit. clerici mentio est. sed vir Belial dicitur ibi furtum fecisse; loculos habens conueniendus, non ecclesia, & dicit Pontifex fē mandasse illum sub quæstionibus ad rationem ponī, etiam, si oportuerit, vinculis alligatum: aiunt glossa, Panorm. Sabar. alij furem fuisse hunc canonicum, nomine Belial: non id dicit Pontifex: ratio decisionis facit, vt dicendum sit fuisse ecclesiæ ministrum, seruum, mancipium, apud quod depositum; personam eius obligare, non ecclesiam dicatur. vt refert Sabarell. in ciuitate Senensi hospitale fuisse, in quo aliquis ad hospitium deposita conseruanda fuerit constitutus. & primis sacerulis penes ecclesiastas, præfertim collegiatas hospitalia erant: præsidentibus ibi clericis. tales ministros fuisse apud Londonensem ecclesiam cuius Episcopo scribit Alex. III. (cuius tempore ecclesiæ seruos & mancipia affatim adhuc beabant)

B b 3 bebant)

bebant) fuisse, de quo ibidem agitur. clericum autē aut canonicum fuisse non convincit textus. nominatum autem fuisse Belial quam minimè verisimile est. cūm nō men dæmonis sit. quæ coruentio Christi ad Belial ? 2. Cor. 6. hinc Scriptura sæpius filios Belial, viros Belial nominat. Semei David maledictione pessima 2. Reg. 16. vi. rum sanguinum, & virum Belial nominat: quod rapuerit regnum Saul. eo modo procul dubio accipiens est Alex. in d. c. 1. virum Belial nominasse eum, qui Episcopi thesauforum furatus erat. Dici etiam potest iussu Pontificis, non ex lege seu canone factum, quod in d. c. refertur. quo quid opus, si lege & via regia indici poterat? sed in torqueri prohibitis consulitur, & decernit Princeps. l. nullus. C. ad leg. Iul. maiest.

In d. c. si constiterit X. de accusat. agitur de sacerdote quidem, sed de facto tantum, quærendo dicitur, si ad rationem positus, sine coactione fuerit confessus: non autem permittitur ibi, ut quæstioni subiectiatur, quin imo sensus exterior videatur, vt ostentata ei tantum fuerint tormenta ad terrorē, vt in minoribus solet l. 1. §. impuberi. D. ad. fillan. & in torqueri prohibitis admittit Farin. n. 104. nam additur, sine coactione facit confessus, cūm tormenta cogant, & exigant, vt in d. c. illi dicitur, sed & ibid. §. ceterum. casu quo non ad tempus commendata, sed perpetuo collata ecclesia dicitur, de criminis non coniunctum iubet in pace dimitti: non quæstionis subiecti. & dicere Interpretes solent purgationem canoniam in vicem quæstionis à canonibus introduciam videri.

Denique d. lex presbyteri disertè sacerdotem in alium non torquendum dicit: in inferioribus clericis leges communes vult obtinere. & in auth. seq. sacerdotes peritos in monasteriū vult de-

trudi: inferiores legitimis, seu communibus poenis subdi. sed multa huiusmodi de clericis à Justiniano ordinatis canones non reperunt: nec illus vīus hodie admittit clericum vt tellem torque: & hic de crimine sacerdoti imposito quæritur, nec est alius canon, qui disertè satis admittat, aduersus argumentum d. l. milites.

Enimuero quoniam miles ig. + nominiōsē missus potest torque: l. milites. C. de quæst. etiam cleri. vires cum turpitudine vita maculatum posse censet Sabarella. inc. cum in contemplat. X. de reg. iur. quamvis forte rectius compararet clericum depositum, & priuilegio extutam, vt in doctore exigit Farin. n. 44. quali casu saltē iurisdictione absum non esse indicem ecclesiast. cum ad ecclēsum quem dannatē alias iudicatum ait Chopin. de sac. pol. l. 2. t. 3. n. 11.

Quod enim aiunt eos, qui scelus committunt, dignitate excidere, priuilegioque; non obstat: quia dum quæstio instituti tormenta debet, nondum confitentes tales, vt aliās oportet. l. 1. t. §. quis dicitur. D. de quæstion. c. unuscundum. 19. De heret. in 6. nam alioqui ratio hæc petit principiū, vt dici solet, & pro causa allutum id ipsum, quod quæritur.

Porro & ex alio capite infamiam clerici communiter requirunt, quia non præcedente infamia inquiri non possunt, de qua re in c. qualiter. X. de accus. sed non ideo quicumque infamati, vel inquisiti torqueri possunt: nam nec sine infamia non priuilegiari inquire possunt: debet tamen differencia manere inter priuilegio donatum, & eo carentem.

De causa nunc & modo torquendi vt agamus; capitalem esse Cred. in oportet. l. 1. l. 8. D. de quæst. vt homicidij in laico l. 1. §. si qua evad. porro clericus etiam coniunctus ob hoc homicidium præsertim non qualificatur.

catum, degradari realiter per causas non potest, & curiae seculares tradi, ut morti detur, sed presbyter annis 12. poenitent. c. si quis homicidum d. 50. c. si quis viduum. c. voluntate. ibid. nisi fuerit incorrigibilis. & hoc omnes admittunt, inquit Farinac. de inquis. l. 1. t. 1. q. 3. n. 80. non igitur torqueri potest. ne modus probandi grauior sit praescripto puniendo. quod ab surdissimum foret. *VV*cenbec. in parat. n. 5. de quest.

Sed quoniam communius itum est in eam sententiam, ut in causa capitali criminali non tantum, sed & tam Panorm. quam Sabarell. in d. c. 1. X de pos. etiam in ciuili causa clericum torqueri permittant, ut ibi factum aiunt, cum tamen de furto tantum quereretur, & quidem ciuiliter, ad restitutionem pecuniae furto ablatae: in speciali hac causa homicidij non qualificatio quiorem dicemus opinionem Farinacij, ut torqueri sacerdos non potuerit; praeferim vita haec tenus inculpatae, imo laudabilis, Farin. de indic. & tort. q. 41. n. 9. saltem tanta saevitia: quamvis in genere ille rigidè loquatur.

De modo igitur torquenti videndum est. iudex qui clericum ultra modum iubet torqueri, creditur excommunicatus. glos. & Panor. in c. uniuersitatis. de sent. excom. & fuisse hic dicitur sacerdos per trigesima quinque horas extensus, & collari ferreo indutus. vide Sabarell. in d. c. cum in contempt. n. 9. vbi grauiora tormenta non admittit. & plures apud Farinac. d. q. 8. n. 17. et si ipse fatus asperè sentiat, & lenem quaestionem admittat d. n. 104. in torqueri prohibitus. sed sublimitat. n. 107. & seqq. sed profecto d. c. 1. X. depos. cum iussit Pontifex furem sub quaestionibus ad rationem ponit, tanquam supremum, addit etiam (si oportuerit) vinculis alligatum: atqui vincula longè absunt ab equuleo, tormentisque, de qui-

bus queritur.

Accedit illud D. Pauli quo iubet Episcopum, iudicemque ecclesiasticum, esse non percussorem: & quæ eo citat Gratian. d. 45. c. non licet. d. 86. Quare & D. Augustinus in c. circumcelliones. 23. q. 5. postquam laudauit Marcellinum, quod cognitionem instituisset non extendeente equuleo, non sulcatis engulis, non vrentibus flammis, sed virginarum verberibus, subdit de eo modo, etiam iudicys solet ab Episcopis adhiberi. sed glossa id accipit in punitionem & poenam; non cognitionem & torturam. & tunc neque ad disciplinam per laicum, sed clericum aut monachum iuxta d. c. uniuers. non carnificē verbera adhibentur. Sed licet id etiam ad torturam: lenis tamen debet illa esse: quod illic Augustinus commendat. ad hoc enim, addit, & mitissimi homines facinus occultatum diligenter, atque instanter examinant, ut inventiant quibus parcant. quia, ut idem ibid. c. unum. & plectendo & ignoscendo hoc solum bene agitur, ut vita hominum corrigatur.

Igitur ut admittamus clerici torturam, quam admitti videtur præsupponere sanctio pragmatica Clement. VIII. inc. ad tollendas ar. 10. dum appellationem ab ea admittit, inhibitionemque; sed non nisi visis actis, ex quibus euidenter appareat de grauamine; cum si tortura iure vetita omnino esset; mox appellatio foret recipienda, & inhibitio concedenda: imo sententia nulla esset, ob expressum iuris errorem: lenis tamen debet esse: ut diximus. Ideoque Theologus Romanus in Cognitione criminali, seu de processibus contra sagas dub. 20. de tortura tempore licet Paulus III. Pontifex, inquit, in bulla quadam qua continetur in Bullario 1. part. fol. 471. prohibuerit reum detineri in tortura per longum statum, ut unus horae: nunc tamen mitissimi iudices (nam de senioribus ne loqui quidem lubet) tam minimè hic peccare hodie timent,

B b 4 vi

et ad horam unam aut duas dimidiis torquere planè solemne fecerint. adeo ut insufficiens nominetur, qua id tempus non expluerit, quis hic subsisteret? quis non mori malit, & vel sexcentis menda-

cis tantas pœnas redimere? ita ille; & agit tamen cum queritur de sagis, quantum clamaret de clericis, vitæ anteactæ innocentia puris, fæderiali ordine auctis, & theologiae laurea claris, de homicidio inquisitis, ad 35. horas continuo extensis? Miseriam sanè iudiciorum questionum eleganter & Christianè plangit D. Augustinus de ciuitate Dei l. 19. c. 6.

Quid enim, inquit, in sua causa quis torquetur, & cum queritur virum si noxæ cruciatum, & innocens luit pro incerto scilicet certissimas pœnas: non quia illud desegitur; sed quia non commisso nescitur? ac per hoc ignorantia iudicis plerumque est calamitas innocentis. & quod est intolerabilius, magisque plangendum, rigandumque, si fieri posset, fontibus lacrymarum propterea iudex torqueat accusatum, ne occidat nesciens innocentem; sit per ignorantiam miseriam, ut & tortum & innocentem occidat quem, ne innocentem occideret, torserat. Si enim secundum isto unum sapientiam delegerit ex hac vita fugere, quam diutius illa sustinere tormenta, quod non commisit, e commisso dicit. quo damnatio, & occiso, virum nocentem an innocentem iudex occiderit, adhuc nescit: quem ne innocentem nesciens occideret, torserit: ac per hoc innocentem, ut sciret, torserit, & dum nesciret, occidit. quod ergo Augustinus ait adeo deplorandum plangendumque, quid est quod iudicem ecclesiasticum cogat iudicijs suis exhibere? cui non est commissa vindicta criminum publica, cui etiam canones iubent

serio, nec dicis tantum causa intercedere etiam pro ijs, quos summorum criminum reos ab honorum ordinumque gradibus deieccos tradit iudicii seculari? cui nec inquirere quidem permitunt, nisi ex praescripto; c. qualibet & quando. X. de accus. à Concil. Trid. innovato s. 24. c. 5. denique cui non aliis iudiciorum scopus est, quam salus animarum, que equuleo non infidet.

De poenis.

RESPONSVM I.

An obiineant pœna taciti fiduciæ commissi accommodati incapaci; cum alteri relinquitur, quod restituatur monasterio?

VT indigno auferunt, quod quis ex tacerito fidei-commisso suscepit restituendum ei, quem leges capere vetant. l. 18. 23. 25. D. de his quibus ut indig. fed. et aximus supra de testam. resp. 4. que olim fiscus auferebat, hodie aquatis cedunt. ut & agit hic dumtaxat indig. hæres ab intestato proximus, & dicit per dicta cæstare hic prohibitum esse manus mortuis hereditates, seu immobilia bona acquirere, actus omnes & dispositiones eo vergentes declarari nullas, ut, cum quid prohibetur, testatur omnia prohibita, per quæ preventur ad illud: & quod non licet via rectâ, non est licitum indirectâ. t. 39. & 84. de reg. iur. in 6. præterquam quod ex Concordatis an. 1541. initis inter Carolum V. Imperatorem, ut ducem Brabantæ, & Episcopum Leodiensem, in causis mere. conuentum fit, ut huiusmodi edicta in suo robe permaneant: donec alter fuerit ordinatum.

Jofert ergo agnatus irritum esse testamentum, quo reus scriptus malitia est hæres; homo omnino extra remittitur, omisso vicino sanguine, à celebre matrimoniali ante ingressum monasterij, sub tacerito promisso, atque fiducia de restituenda, seu relinqua-